



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 453. De bonis traditis in Walingarothe, nec non de Corbeiensis abbatis  
Walhonis origine Lutterbergica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
1010 vñ-  
que 1014  
regnante  
Heinri-  
co II.

§. 452.

Tradidit uuerinfridus comes pro fratre suo godfrido I. familiam in  
*dinnernthal* (o).

§. 453.

Tradidit boda pro filio suo uualh I familiam in *uualingarote* (p).

§. 454.

qui ab Alera ebitur flumine) *inde Melere* (Milen vicus eminet sub praefectura Muden ad fluuium Oertie, proba discernenda a villa Müden, ad Aleram sita) *inde in Haianblk*, *inde in Manurbiki* (probabilissime est flauius Angerbeck) *deinde Wluereste*, *inde Hradebande*, *in Stutane*, *in Dolle* (id est Dalle, villa sita in praefectura Bargfeld) *Per Gewikfathai*. (An Kragen in praefectura Bargfeld) *Mekrikes viam* (fortassis via prope Mezzingen) et *illam viam Mespila in Grebanbag* (id est, Hagen in praefectura Gifhorn) *in Exuite fontem*; *inde Adekina stege*. *Inde Elmanam* (fortasse Emmen in praefectura Isenhagen) *usque in Arumbiki*, *inde in Rumesebap*, *inde in Ijundabrock* (erit silua in praefectura Isenhagen) et *illa Iunda* (id est Isenhagen) in *Evere* (id est, fluvius Ise seu Iser, qui in oppido Gifhorn cum Alera flumine se miscet.) *Inde in Helle*, *nde in Drubitterbiki*, *usque in Dudaroth*, *nde per viam vnam ad orientalem partem in locum*, *qui dicitur Weghani in Dafene* (id est, Sassenbeck seu Zasenbeck in praefectura Knezebeck) *inde in Geftine spekkam*, (qua erit pons super Aleram eo in loco, quo est oppidum Gifhorn) *inde in Exuite fontem*, *nde Meunressol* (id est, Meinersen domus praefecti Luneburgici, olim sedes nobilissimorum dominorum Saxonie nostrae, sita ad fluvium Ouacram.) *Deinde in Wetanspekkiam in flumen*, *quod dicitur Scuntera*. (Wetanspekkia est probabilissime locus Neubruck, situs ad flumen Ouacram; Scunteram autem hodie dici *Schunter*, iam supra diximus.)

De villa  
*Dinnernt-  
thal*  
in pago  
*Auga*.

(o) Villa *Dinnernthal* erat teste Sarachone *in pago Auga*. Designatur vicus *Deren'hal* in praefectura Furstenberg intra Principatum Wolferbutelensem, vix iter dimidiæ horæ a vico Meinbrexen, situs, quem Visurgis diuidit a castro Blankenau, posito intra principatum Corbeiensem. *Werinfredis comes*, qui in hac villa bona quedam tradidit, in nullo diplomate alio, quantum scimus, occurrit. Notatu igitur eo dignior hic locus est, cum e situ bonorum traditorum probable fiat, eundem comitem quandam habuisse copulam cum familia vel Brunonianæ vel Widikindea. Eadem enim villa vix iter vnius horæ distat a celebratissimo castro Brunonisburgo, et contermina erat villa Thudanhof, in qua secundum sententiam nostram domini quidam, e familia Widikindea orti, bona quedam possederunt, vt supra §. 218 ostendimus. Cum itaque *Werinfredis* comes appelletur frater *Godfridi*, probabiliter idem *Godfridus* intelligitur, cuius comitatus erat anno 1013. in pago Gudinge, quicque filius erat *Bardonis*, teste diplomate regis Henrici, supra §. 104. not (u) adducto et exhibito. Fortasse idem *Werinfredis* comes coniux erat Frederuna, cuius filia fuit Anna. De hominum utroque egimus supra §. 104. not (n).

De villa  
*Walinga-  
rothe*  
in pago  
*Hliigo*.

(p) Villa *Walingarote* erat, Sarachone teste in Registro B. et P. A. C. sita *in pago Hliigo*. Succurrit memoria vicus *Wbelrode*, dudum desolatus, olim vero non procul a castro Allerburg conspicuus, castro spectante ad nobiles de Minningerode dictos, qui inter vasallos abbataria Corbeiensis referuntur. Ad quam vero familiam referenda sit *Boda* cum filio suo *Walboné*, qui in eadem villa vnam familiam tradidit, prorsus non patet. Forsan is ipsius *Walbonis* Corbeiensis abbas atque *Immedi* frater fuit, quem supra (§. 437) autorem satorisque comitum de Scarfelde ac Lutterberg, et filium *Ottonis*, diximus. Patrem abbas *Walbonis* fuisset *Ottonen comitem*, referunt Corbeienses in Chronico nostro MSpro sepissime excitato. Ille *Otto* nobis videtur fuisse filius *Bernhardi* comitis in pago *Hliigo*. Certissimum foret adfirmatu, Corbeienses nostros designasse

eun-